LIBER VTILISSIMVS IVDICIBVS, ET ADVOCATIS.

COMPOSITVS

AB ANTONIO CARDOSO DO Amaral, Priore Diui Laurenci Scalabiſci ab oppido de Ruiuaes oriundus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VLYSIPONE.

Cum facultate Supremi Senatus Inquiſitionis, & Ordinarij. Nec non Regis Luſitaniæ.

CVM PRIVILEGIVM REGIS.

Excudebat Antonius Aluarez. Anno 1610.

Taixado a reis em papel.

VIDI Hanc Summam, ſeu praxim Iudicum, & Aduocatorum, Auctore Antonio Cardoſo Luſitano Iuris Canonici profeſſore, nihil habet, quod Fidei Catholicæ repugnet, aut bonis moribus contradicat, ſed doctrinam ſanam ab ipſis Sacris Canonibus deductam, & ipſiſmet conformatam quare dignam iudico, vt prælo initatur, & typograſidæ excudenda tradatur. Datis in noſtro Conuentu Olyſſiponenſi, die 9. Iulij. 607.

Fr. Manoel Coelho.

VISTA a informação podeſſe imprimir eſte Liuro intitulado Summa ſeu praxis Iudicum, & Aduocatorum: & depois de impreſſo torne a eſte conſelho pera ſe conferir com o original, & ſe dar licença pera correr, & ſem ella não correrá. Em Lisboa aos 12. de Iulho de 1607. annos.

Marcos Teixeira. Bertolameu da Fonſeca. Ruy Pirez da Veiga.

VISTA á licença acima podeſſe imprimir a 28. de Iulho de 607.

Saraiua.

PODESE Imprimir viſta a licença do Sancto Officio, & do Ordinario, que offerece, & tornará a Meſa pera ſe taixar, & d'outra maneira não correrá. Em Lisboa a 8. de Nouembro de 1607.

Coſta. A. da Cunha.

QVE Eſte Libro ſe venda a ſeiscentos reis em papel, a 7. de Dezembro de 1610.

Fernão de Magalhães. L. Machado. Barboſa.

TEM O Auctor deſte Liuro, priuilegio de Sua Mageſtade, por tempo de dez annos, para que nenhũa peſſoa o poſſa imprimir, nem vender ſem ſua licença.

† 2

PRÆFATIO

HVIVS SVMMAE, SEV PRAXIS IVDICVM, ET ADVOCATORVM ANTONII CARDOSI DO AMARAL.

Ad Beatiſsimam Virginem MARIAM.

CVM IN OMNIBVS MEIS Actibus, & operibus ſemper adiutorium, atq; patrocinium Beatiſsimæ Virginis implorem, in hoc præſertim implorandum exiſtimaui. nam cum illa Beatiſsima Virgo MARIA ſit fides noſtra, ac dilectio totius fidelis, fiducia roboris noſtri, altior Cœlo, profundior ab iſſo, illa nos docebit vias Domini, vt ambulemus in ſemitis eius & proficiamus in hoc noſtro opuſculo ad laudem, & gloriam ipſius, & ſicut Deus Omnipotens eſt Pater omnium noſtrorum, ſic illa eſt Mater pluſquam Abraham; exiuit enim Abraham de terra ſua, & de cognatione ſua, neſciens quó iret, ſed credens Domino factus eſt diues, & pater multarum gentium, ita vt ſemen illius multiplicaretur ſicut Stellæ Cœli. ſic Virgo glorioſiſsima ſpernens omnia tranſitoria huius mundi, eò quòd Soli Domino placere vellet, facta eſt mater multarum gentium, & omnibus generationibus vitam, & gloriam genuit: in te o Beatiſsima Virgo Angeli inueniunt lætitiam, iuſti gratiam, afflicti refrigerium, anxi ſolatium, peccatores veniam. Itaq; refugium eſt omnium ad te confugentium; & cum hoc meum opuſculum, meæq; vigiliæ, ac ſcholaſtici labores, multorum obtrectationibus ſit expoſitum, vt propoſpicio, adeo namq; peruerſa ſint, & inuidioſa hominum ingenia, ita vt non recta conſcientia iudicent, & inſectari maledictis non ceſſent, quod aſſequi deſperét. indiget luculentiſsimo defenſore, attamen cum per te domina mea fuerit protectum, affatim erit defenſum, & omni laude commulatum, ad Laudem, & Gloriam tui ipſius Beatiſsima Virgo in ſæcula ſæculorum. Amen.

SVMMA
SEV PRAXIS IVDICVM ET ADVOCATORVM.
A SACRIS CANONIBVS DEDVCTA, & ipſiſmet conformata.

AVCTORE ANTONIO CARDOSO LVSITANO
Iuris Canonici profeſsore.

LITTERA A.

Verbo Abbas.

1 ABBAS debet eſſe preſbyter, c.1, vbi Doct. communiter, de ætat. & qualit. & profeſſus, & attingere vigeſimum quintum annum, c.nullus religioſus, & c.indemnitatibus.§.ſupradicta, de electio.lib.6.& clem.1.§.cæterum, vbi Ioann.And. & alij de ſtat.monach.& c.cum in cunctis.§.inferiora, de elect. Ang. ver.ætas. §.5. diſpenſatiue tamen bene poteſt eſſe in minoribus, ſi neceſsitas interueniat, c.tuam, vbi Inno.Ioan.And.Abb. & omnes, de ætat.& qual.& c.accidens.50.d.

2 Abbas conuenitur in cauſa monaſterij per reſcriptum in quo nulla fit mentio de conuentu, quoniam ſolus Abbas, ſiue Prælatus agit, & conuenitur pro bonis communibus, ſine Capitulo, ſed ſine aſſenſu Abbatis, ſiue Prælati conuentus, aut collegium agere non poteſt, vel conueniri, quamuis libellus recipiatur, & ſententia feratur in perſonam monaſterij, ſiue collegij. c. edoceri, vbi Innoc.Abb.Fel.& omnes, de reſcript.& c.cauſam quæ.1.de iud. & c.inter, vbi Abb.num.1 de fid.inſtrum. & c.monachi.2.16.q.1. & l.omnes.§.hoc nihilominus,C.de Epiſc.& cler.& Ant.de Butr. Innocen.Abb.& omnes in c.1.de procur. in rebus autem arduis non poteſt Prælatus, ſeu Abbas agere ſine conſenſu Capituli, aut Conuentus, vt tenet Innoc. Abb.Fel. & omnes, in d.cap.edoceri, de reſcript.& Ioann.And.in c. querelam, de procurat. ſi vero agitur in perſonam poteſt libellus concipi in monachum.c.dudum, vbi Abb.num.2.de conuerſ.coniug.

3 Abbas cuius monaſterium habet ius patronatus non poteſt præſentare, nec alicui conferre beneficium ſine conſenſu Capituli, aut maioris, & ſanioris partis illius, niſi ex antiqua & approbata conſuetudine illi competat. cap. ea noſcitur, & c. quanto, vbi Innoc. Ioan.And.Abb. & omnes de his quæ fiunt a Prælat.

4 Abbates quibus ſimpliciter eſt conceſſum a Sede Apoſtolica, vt poſsint ſolemniter populum benedicere, non poſſunt exhibere illam benedictionem, niſi in Eccleſijs ad illos pertinentibus, c.Abbates, vbi Doct.de priuileg. lib. 6. hoc tamen eſt intelligendum, de benedictione ſolemni, namque ſimplicem benedictionem poteſt præſtare quicunque ſimplex ſacerdos quan

Cum facultate ſupremi Senatus Inquiſitionis.

VLYSIPONE.

Excudebat Antonius Aluarez.

Anno 1610.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA